Formankowic Samuelis: Quaestio de probationibus

D. O. M. A.

QVÆSTIO
De Probationibus,

Quam

M. SAMVEL FORMANKOWIC,
Philosophiæ, & I. V. D. Paris:
S. Sedis Apostolicæ Prothonotarius, Ecclesiæ
Collegiatæ Sanctorum Omnium Crac.
CANONICVS,

Pro loco in Collegio DD. I.c.
obtinendo,
publicè ad disputandum proponet,
In Lectorio DD. Iureconsultorum,

Anno Domini, 1653. Mense Iulio,
Die 11 *Hora* 7.

CRACOVIÆ,
In Officina Viduæ & Hæredum Fran: Cæsarij, S.R.M.Typ.

Non ad unam probationis speciem, cognitionem suam statim Iudex alligare debet; sed ex sententia animi sui æstimare, quid aut credat, aut parùm sibi probatum opinetur.

Concilium Carthaginense 7. c. si testes, 4. q. 3.

QVÆSTIO
De Probationibus.

Ex c. *in præſentia. ext: de Probationibus, iuncta* l. *ad Probationem,* C. *de Probationibus.*

V. Probatio vera, id ſolùm, quòd omninò ad causā apud Iudicem motam pertinet, per teſtes & inſtrumenta probans, ſit actus Iudicialis legitimè & neceſſariò cauſam concludens, nec ne?

CONCLVSIO I.

Probatio vera, ea tantùm probare debet, quæ omninò ad cauſam apud Iudicem motam, pertinent.

COROLLARIVM I.

IVdex non ſecundùm animi ſui proprium motum, nec ſecundùm ſcientiam ſuam, ſed ſecundùm allegata & probata iudicare debet.

COROLLARIVM II.

QVod ſi pares fuerint probationes, pro reo potiùs pronunciandum eſt.

COROLLARIVM III.

COnfeſsio aduerſarij coram Iudice facta, agentem ab onere probationis releuat.

COROL-

COROLLARIVM IV.

ETiam controuerſa coram Iudice, ſunt probanda, ſi probata probanti profutura ſunt.

CONCLVSIO II.

Probatio vera per teſtes & inſtrumenta probat.

COROLLARIVM I.

INſtrumentum ſi dicatur ratum & firmum eſſe, & ijs à iure requiſitis fuiſſe compoſitum, firmius eſt in actu probationis.

COROLLARIVM II.

AMiſsio inſtrumenti debet probari per probationes legitimas, ſicut etiam & amiſsio cuiuſlibet alterius rei.

COROLLARIVM III.

PRobationi testium & instrumentorum, potest in iudicio renunciari.

COROLLARIVM IV.

PRobatio contra instrumentum, cui ex dispositione iuris communis vel municipalis stari debet, nec contrarium probari potest, regulariter non admittitur.

CONCLVSIO III.

Probatio vera, est actus Iudicialis, legitimè & necessariò causam concludens.

COROLLARIVM I.

PRobationes in Iudicijs eo fine diriguntur, ut sequi debeat sententia.

COROLLARIVM II.

PRobatio debet concludere per necesse vel probabile, nunquam per possibile.

COROLLARIVM III.

PRobationes fieri nequeunt, si lis non fuerit contestata.

COROLLARIVM IV.

PRobatio alia est plena, quæ tantam fidem facit, quantum ad finiendam controuersiam sufficit: alia semiplena, per quam rei gestæ fides aliqua fit Iudici, non tamen tanta, vt iure eam sequi debeat.



Sub felicibus auſpicijs

Jlluſtris, Magnifici, & Adm. Rn̄di. Dn̄i,

D. GREGORII MODLINSKI,

S. Th. & I. V. Doctoris Romani.

Præpoſiti ad S. ANNAM, Scholarum Vladi-
ſlauianowodworſcianarum Prouiſoris,

Almæ Vniuerſitatis
Cracouienſis

GENERALIS RECTORIS
Vigilantiſſimi.